



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrio, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Sectio II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

b. antiqu.
D. si pars
hæc. p.
e cont.
Cell. &
tracta. 19.
in Mat.

cadauer mortuo iterum simile, seu potius (vt erat) mortuum. Concidere simul oppressi marore parens uterque. Re populus & magistratus intell. ita, iubent sepulchrum aperi: vacuum id corpore repertum: Erant in eo duntaxat annulus ferreus, & scyphus auratus, dona Machatae: sed in cubiculo & leitulo, inuenientur cadauer Philippi, & Helli cuiusdam auguri consilio, ut prodigum, electum extra urbis limites, autibus ac feris duorandum. Ipse Machates, a spectro videns se delusum, sibi paulo post manus, ignoranti non ferens, consicut. Haec à Phlegonte, cuius auctoritate & Iurisconsultus Paulus b. & Origenes c, ad probandum Eclyplim, que Christo accidit moriente, vuntur. In historia quoque Lao-dunensis energumenæ. Nic. de Obry, legimus Diabolum Baltazum, assumpto suspendio si corpore, conatum abire, ab ea exorcistam.

Agrippæ facinus non absimile habens infra q. 29. sect. 1. addam nunc, quæ de eadem re Cæsarius Monachus Eisterbacensis, libr. 12. Miracul. cap. 3. scribit: siusdam Principis Germani mortui corpus integro priusquam sepeliretur anno, dæmonem in gestasse, & ita rexisse, quasi illud vegetaret (ita namque intelligentiam quod icribit; spiritum illud loco anima vegetatissimum) non enim potuit informando, nea in essentiam eius illabendo; sed duntaxat ut in loco existens vitales eius actiones per illud imitando: ut docet multis Tostatus, in Exod. c. 7. q. 13. cum seqq. Subdit Cæsarius finilia legi in vita S. Patricij Hibernorum Apostoli, de quodam homine, in cuius corpore multis annis Diabolus habitans pro anima, ad nutum viri sancti tandem exiuit corpus vero corrutum, & in puluerem redactum fuit. Et, cap. 4. clericus (scribit): quidam adeo dulcem vocem habebat, ut audire eu-

A deliciae putarentur: donec religiosus quidam vir superueniens monuit hominis vocem non esse, sed diaboli; dæmonemque adiurauit: quo discedente, cadauer corruit planissime factens.

Denique multæ falsæ resurrectiones gentilium huc sunt referenda: & constat cum sagis. ut plurimum induito cadauere diabolum sive incubum, sive succubum, rem habere; unde & in hoc genere hominum, cadauerosus quidam factor graueolentia, cernitur.

SECTIO II.

A LIQVANDO sibi, elementare corpus diabolus circumdat, idque efformatum qualiter industria, unit sibi non aliter; quam motori intus existenti corpus mobile & inanimu unitur. An possit ex solo aere materia desumere, quidam ambigo, & puto, sic aerem condensari non posse solu, ut quid solidum exhibeat: sed sive possit, sive non possit; solet quod facilis, partes aeri (quo maximam partem vtitur) commiscere terreas, & aquas, nubiū, vaporum, exhalationē, ut & colores faciliter hac mixtione exprimat, & faciliter membrana conglutinet, & condenser; quam sententia Lud. Molinae est, & antiquiorum, nec argumentum, quo quidam vntuntur ad probandum solo ex aeris elemento corpus assumere, nos stringit; cum tantum prober, eos ab aere partem potissimum mutuari. Hinc alij censem corpus hoc tale fore nuaquam, ut nequeat tactu deprehendi, verum corpus non esse. Sed rationes, hac ipsa questione discussi Christi Domini dicuntur, ostendi alium habere sensum, quam ipsi arbitrati. Addo, quod in libro Genesis legimus g de Angelis Abrahamo apparentib. quorum pedes abluti, nec deprehensi taciti, id ab ipsis eludi po-

B.

dvide Mo
lin. 1. p. q.
si. artic. 2.
disp. 2.
e. Anglez.
in 2. d. 8. q.
2. diffic. 8.

f Luc. vi.
v. 39.
g Gen. 19.

C D E

tius, quam dissolui : aiunt deceptum Patriarcham, præoccupatione opinio-
nis; eo quod viros putaret, quæro, cur
non igitur quicunque viros putat, hac
præjudicata sententia iudicent viros
esse? An solus Abraham cæteris impru-
denter? Ipse ille, quo nituntur, Caie-
tan. hæc fætetur verorum ossium & car-
nium similitudinem, non modo visi-
bilem, sed etiam palpabilem, & solidam
exhibere. Solidam, ait, non instar æris
diffusentem, aut duritiae duntaxat ali-
quid modicum habentem. Quod vero
libr. 3. cap. 6. apud Cæsarium diabolus
dicit, quando corpora à dæmonibus sic
assumuntur ea dorso carere : ludebat
puellam mendacissimus. Quod dixi
elementorum aliqua opus commix-
tione, nec Maro ignorauit, cum ceci-
nit i.

h d. art. 3

i Aene. 10

Tum Dea nube cana tenuem, sine virib.
vmbram.

In faciem Aeneæ, visu mirabile mon-
strum,

Dardanijs ornat telis. &c.

Ecce non acre solo, sed nube mixta.
De vapore Sprengerus, in Mallo, do-
cet, visas veste subducta in agris mul-
ierculas, corpus motitantes, crissantesq;
solas, & adspicetum mox dæmonem
vaporis siue exhalationis atræ habitu,
recedentem. Mantenses magi, Mirabelli-
lius & socij, Parilijs combulti, in iu-
dicia confessione dicebant, ad hanc
corporum assumptionem dæmoni duo
esse necessaria, ventus secundum, &
lunam plenam, nam si ventus sit ad-
uersus, non posse corpus coalescere; si
vero sit Luna decrecens vel cornicu-
lans, non posse defectu materiae forma-
re corpus nisi valde pusillū, & pro Lu-
na augmentatione maius, maiusque placet
hoc Crespeto, *l. de odio Sanana* diser. 27.
sed mihi ridiculum videtur: quasi ne-
queat dæmon: Deo nō impedito vé-

A tum sedare aut excludere: & defecatum
illum Lunaris influxus supplere. Scilicet
aer & nubes de ostrino genere sūt,
quod Lunæ augmenta consequi solet,
& decrementa imitari. Dæmonisappa-
ritio in corpore elementari fuit illa
freques visio fratrum Tarquiniorum
apud Dion. Halycar. a: talis Athenodori
apud Pliniū b, quicquid dicat
Franc. Picus, *libr. 1. de prenot.* illud enim
puto axioma & regulam statui vere ac
puto posse: In gentilium & damnato-
rum (quia fidei expertes) apparitioni-
bus non animam (nisi speciali Dei præ-
uilegio, de quo vnde constat in Athe-
nodori visione?) defuncti apparuisse,
sed eius loco cacodæmonum quempi-
am. Tales etiam putarim omnes appar-
itions spirituum, ocoſa cum homi-
nibus & varia multiplicitaque collo-
quia miscentiū, testatur de Facio patre
suo Cardanus: & merito omnes suspe-
ctum habet Sortilegij, siue paeti cū dæ-
monie. Testatur Melanchton (*lib. de a-
nima*) se & colloquia & disputationes
cū plurib. spectris instituisse, sanctitas
hæc curiositas nuda, an occultum pa-
ctum? nihil iudico, rem in medio relin-
quo. Tale haud dubie spectrum in cœ-
stuosi Persæ, cuius semper cadauer ter-
ra eiciebat, de quo prolixa cōmemoratio
apud Agatiam reperitur, *l. 2. bell.*
Persici extremo, tales visiones fuere Gé-
tilium Idolorum, vt Caltoris & Pollu-
cis ad lacum Iuturnæ: vt L. Domiti-
j Aenobarbi, vt Amitis Perlæ: vt
quod apparuit Dionis Siracusano, vt
Curtio Rustog, vt Imperatori Pertina-
ci, apud Capitolinum, vt Tacito Imp.
apud Vobiscum, vt Constantio & Lu-
liano apud Ammianum h, Valentia
apud Zozimum, & apud eundem Ser-
næ vxori Stilichonis: alia præter hæc
congesit Pet. Thyræ. *lib. 1. de apparit.*
spiritu. cap. 9. Et itala semper spectra quæ
subito

a libr. 3.
b libr. 7.
epit. C.

c Symma-
l. 1. ep. 2.
d Succo-
in Nero
ne c. 1.
e Cremona
in fragm.
f Plut. in
vita Dio-
nis.
g Tac. lib.
11. Ann.
& Pl. na-
l. 7. ep. 1.
h Capri
in Perse-
polis.
i Tauri-
Amanu-
lib. 2.
j. 2. Zos.
lib. 4.4.

sibito euanescunt, potest enim elementaris substantiæ subita nimia que rarefactione se subducere oculis.

Illud discrimen nunc occurrit, cum in cadavere apparent; non possunt vel alteri viuenti corpori cadavera illud circumdare, vel ipsi sic induit corpus vnum subire, repugnat enim corporis ratio, quia nequeunt dimensiones quantitatibus inuicem, sine vero miraculo, penetrare. Sed quando apparent in aliquo corpore elementari, licet, vel omnino nequeant, vel difficillime queant (prius opinor) aliud corpus siue cadavera subire; possunt tamen vero & viuenti corpori, elementare istud circumdare, ut homo sic induitus, vel aliud animal, multo maius, immo & gigantum videatur. Nihil video obstat, cur nequeat. Suerit etiam aëreæ substantiæ facilis addilatandum, siue rarefaciendum, & spissandum denudandumque; quam merito Pilellus causam tradidit; cur spectra, tam breui spacio, crescere & decrecere videantur.

Tertium genus inuenio rariusculum dæmoniacarum apparitionum, per figmenta quadam seu statunculas, de quibus exhibeo quæ didici à Thoma Brabantino, libr. 2. de bono Vniuer. cap. 57. pag. 21. ubi scribit in hanc sententiam; *Gunerchena Brabantia villa est sollemnus & nota: in hac quidam iuuenis puerum virginem adamauit: cumque pro eius nuptijs parentibus eus loqueretur, & illi renuererent: puella medio tempore incidi: in febrem acutam, qua ingrauecente omnibus mori visa est. Luctu ergo facto, campana quasi pro mortua pulsata sunt. Nec mora, iuuenis amator puella de villa eadem in crepusculo noctis transibat ad aliam, & cum per dumet, pergeret, audiuit vocem quasi*

A *fæmina lamentantis: sollicite ergo discurrens. & querens auditam, inuenit puellam, quam mortuam astimabat, cui & dixit: Mortuam te plangunt tui, & hic unde venisti? Ecce ait, vir ante me vadit, qui deduxit me. Stupfactus ad hoc iuuenis, cum neminem aliam nisi puellam videret, audacter rapit eam, & in domum extra villam protinus, occultauit. Hinc regressus in villam amicis suis loquitur, ingreditur ad patrem pueræ cum amicis suis sedentem ad funus: querit si filiam suam sibi daret, quam quasi mortuam deplangebat. Cui pater admiratus respondit: Numquid pro Deo mibi es, ut mortuam resuscites & accipias in uxorem? Cui iuuenis, Tantum (ait) libens spondeas, ut filiam tuam habeam in uxorem, si viuam reddidero & sanatam. Cui pater consentiens, dictum coram omnibus confirmauit.*

C *Mox iuuenis revelato linteo, quo cooperata putabatur, figmentum mirabile, quale a nullo hominum fieri potuit, inuenit. Dicitur autem ab his, qui figmenta huiusmodi diabolica inspexerunt, esse interius putrido ligno similia, levigati, exterius pellicula circumducta. Hinc reddit a puella est, & patri reddita: sanaque post dies aliquot dictum iuuenem maritum accepit, & usque ad temporanostra incolmis perdurauit. Simili prope modo, cum quidam in confinio Flandriae sororem languidam & mortuam putaram, sub eadem die, antequam sepeliretur figmentum, inter arundinetæ iuxta mari littora inuenisset, reduxit eam ad propria, & ingressus domum, ubi ab amicis quasi mortua plangebatur, discooperatum figmentum extracto gladio in frusta concudit, horrentibus cunctis & clamantibus, cari in funus sororis, tanta crudelitate sauerit. Et mox subridens, crudelis, inquit, videor in sororem? Non est illud sororis corpus, sed figmentum & illusio dæmonum. Et hac dicens socom cunctos accepit, & ad-*

duxit

duxit ad domum propriam, & eis sororem reductam ostendit. Et haec usque ad tempora nostra permansi.] Si queras, quid de his sentiam dicam cum Alb. Magno & Cantipratense, mihi non liquere. Fieri possent a dænone Deo permittente: Sed arbitror in his duobus exemplis, quod illud primum procum, & in secundo hanc forte virginem Satanæ partarios fuisse.

SECTIO III.

VLGA TIS persuasio est, se-
per in his corporibus assum-
ptis aliquid obuium oculis,
quo deprehedatur dæmoni-
cū esse spectrū facile crediderim, sic
contingere. Sed puto si maiore potesta-
te non impedianter dæmones, posse
qua velint apparere forma, humanāq;
perfectam, & omni ex parte pulchram,
pulcherrimamq; exhibere. Qualem te-
fotassis exhibuit B. Alberto Carmeli-
tæ, a quo crucis signo obiecto fuit fugi-
tus; ut narratur a Joan. Maria cōpostel-
lano, initio vñ & S. Alberti. Verum solet
ei obstat Dei voluntas, que ut semper
aliquid adsit, quo detegatur impietas
& impostura; ne quam mortales igno-
rantiae iustam excusationem prætexat;
certis animalium formis dæmonia nō
dum vt permisit, ut columba, seu ouicula,
seu agnus forte quod agnus verus
sit Christus Pastor bonus verusque, &
in colubæ specie Spiritus sanctus solitus
sit apparere, & quia haec animalia dolo-
carēt, & nullū inferre solēt damnū, ut
docet Tyrarus sup. Libentius induit a-
nimalia, in quibus aliqua sunt quæ me-
rito culpes. Hirci forma seu capri val-
de ei antiqua est: & quia hircus Numen
Ægyptiū est, censet Moyses Maymo,
in ductore dubitantium iustos Hebreos in
sacrificijs hircū offerre. Et olim Iipi-

A ter Hammon in Hirci forma coleba-
tur, dictus Hammon, quasi Chammon, à
Cham inuentore Magiæ. Hodie etiam
solemne illi, quando pactū expressū in-
iijt, offerre le conspicū forma virili:
post pactū, quādo adorādus, semper in
forma hirci, ut sibi accidisse fatebatur
Ioann. ille Stapulensis, & obscurus in-
nuitur in confessione Doctoris Edelini
apud Laquerium, cap. 4. & habetur a-
pertissime in sententiæ Awinionensis
breuiculo, quod verbotenus dabo, lib. 5.
sect. 15. circ. fin. Aliquando à facientibus
homagium nō cernitur, ut narrat Me-
ierus Chron. Flandria anno 1459. quando
tamen se adorandum proponit, tem-
per id in forma caprarum inariti, &
quidem fædi aspectu, atri, olidique.
Huius rei variæ causæ redduntur. Vna,
quoniam ob reverentia verbi incarna-
ti, Deus non patitur eum tunc assume-
re humanum schema. [Et hoc sensu Se-
bastia Michael, schol. 10. Pneumat. arbi-
tratur ad litteram accipiendum, quod
Apoc. 13. v. 4. traduntur impij bestiam a-
doraturi, hoc est Diabolum in bestiæ
forma. Sed cum bestia illic vocetur ipse
Antichristus, iuxta DD. Hippolytum,
Methodium, Ireneum, Aretham & ali-
los, constat hunc tensum non esse litté-
rale. Illud verius, quia coluerunt o-
lim diabolum in forma hirci, ideo dæ-
mones, vocari SAHIRIM hoc est pi-
losos, feuii tutos, vt solet aliquando
D. Hieronym. vertere, vide ca. 17. Leuit.
&c. 13. Esai. v. 21. &c. 34. ver. 14. Nam
Sahir, Hebreis, hircus, dicitur, ut Latini,
a pilis & horrore, vnde fors etiam
satyr, nomen deductum. Confirmat
Kimchi, in radicum libro, dum scribit:
sahir, vocari diabolum, quia solitus
hirci effigie le conspiciendum præbere
Illud etiam notat Michaelis, d. & cap.
17. vers. 7. Leuit. LXX. non temere ver-
tisse, uerāus, quasi dicant, fatuellos,

vnde